Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



69

mutationem proruunt. et cogente se inopia usq; ad auari
ciam deuoluuntur. Quid uero eorum mente infelicius.
quibus de largitate auaricia nascitur. et peccatorū seges
quasi eruit tunc seminat. Prius itaq; admonendi sunt
ut tenere sua racionabiliter sciant. et tunc demum ut alie
na non ambiant. Sicut enim radix culpe in ipsa effusione ni
eruitur. nunquam pramos eruberans auaritie spina siccat.
Occasio ergo rapiendi subtrahitur. si bene prius ius possidendi
disponitur. Tunc uero admoniti audiant quomodo que
habent misericoriter tribuant. Quando nimirum didice
rint ut bona misericordie pinterfectā rapine nequitiā non
confundant. Violenter enim erquirunt que misericorditer
largiuntur. Sed aliud est pp peccatis misericordiā facere.
aliud pro misericordia facienda peccare. que iam nec misericordia
nuncupari potest. quia ad dulcem fructū non proficit.
que purus pestifere radicis amarescit. Hinc est enim quod
ipsa etiam sacrificia p prophetā dns reprobat dicens. Ego
dns diligens iudiciū. et odio habens rapinam in holocausto.
Hinc iterum dicit. Hostia impiorum abhominabiles.
quia offerunt et scelere, qui sepe quoq; et indigentib
subtrahunt. que do largiuntur. Sed quanta eos animi
aduersione reprehendat. p quendā sapientē dns demonstrat
dicens. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis.
quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui.

ineqya.

inpuerbus.

55